

Olibani.

Herbæ Scolopendrii.

Veronica.

Salviæ.

Cardui benedicti.

Centaurii minoris.

Rutæ ana dr. iij.

Sacchari albi unc. viij.

Redigantur mixta in pulverem subtilem.

Solet hic pulvis a vulgo frequentissime ex-
peti sub nomine **Wind = und Magenpul-**
ver.

REGULUS ANTIMONII

MARTIALIS.

℞. Clavorum Ferreorum non rubiginosorum
libr. j.

Candefiant in crucibulo, eisque successive
injiciantur

Antimonii crudi in pulverem redacti libr. ij.

Optime fusis addatur

Nitri pulverati libr. β.

Ignis forti bene fluant omnia, tunc statim
effundantur in conum fusorium calefactum &
sebo illitum. Frigefacta dein massa e cono

P 2

tol.

tollatur, separetur Regulus in fundo hærens a scoriis, & servetur.

Hic Regulus, qui parum aut nihil de marte habet, infervire potest pro parando *Stibio diaphoretico*, vulgo *Antimonii cerussa* dicto.

E scoriis fieri potest *Crocus Martis aperitivus Stahlîi* sequenti modo.

℞. Scoriarum dictarum q. pl.

In pulverem tusæ injiciantur vasi terreo, & adfusa sufficiente quantitate aquæ puræ elutriantur ita, ut pars subtilior una cum aqua in aliud vas decantetur. Pergitur eodem modo cum nova adfusa aqua in elutriatione partis reliquæ, donec omnis materies subtilis sic decantata fuerit. Commixtæ aquæ dentur quieti, ut dicta materies fundum petat; ubi aqua clara decantatur, reliqua ope filtri chartacei a sedimento separatur, pulvis vero in filtro remanens exsiccat.

℞. Hujus pulveris part. j.

Nitri pulverati part. iij.

Mixta deslagrent in crucibulo candente, & porro tractentur ut *Antimonium diaphoreticum ablutum*. Pulvis ita obtentus servatur sub titulo CROCI MARTIS APERITIVI STAHLII.

℞. II.

RE-

REGULUS ANTIMONII

SIMPLEX.

℞. Antimonii crudi libr. ij.

Tartari libr. iij.

Nitri libr. j.

Singula seorsim in pulverem redacta & efficata misceantur, & injiciantur successive in crucibulum ignitum, dumque massa bene fluit, effundatur in conum fuforium, iisdem observatis omnibus, ut in fusione Reguli Antimonii martialis. Regulus a scoriis separatus servetur ad eundem, ut prior, usum: verum hæ scorix pro paranda *Tinctura Antimonii* inservire possunt.

RESINA JALAPÆ.

℞. Radicis Jalapæ magis resinosa in pulverem rudem tusæ q. pl.

Adfundatur Spiritus Vini rectificatus ad aliquot digitorum eminentiam. Stent loco calido in digestionem per unum alterumve diem. Spiritus tinctus effundatur, novusque radici addatur, quod repetatur, donec Spiritus tincti cesset. A Tincturis commistis & colatis abstrahatur Spiritus Vini major portio. Reli-

P 3

quum

quum frigida aquæ sufficienti quantitate debilitetur, ut resina inde præcipitetur, quæ tollatur, & in sartagine ad calorem lenissimum a superflua humiditate orbetur, & fervetur. Aqua etiam tunc illa ulterius in formam Extracti evaporari potest, quod asservabitur sub titulo **EXTRACTI JALAPÆ GUMMOSI.**

Ad hanc normam parantur

RESINA MECHOACANNÆ.

SCAMMONII.

ROOB EBULI.

℞. Succi Baccarum Ebuli q. v.

Coquatur ad consistentiam mellis, in fine adde singulis libris

Sacchari unc. iij.

Ita paratur

ROOB DE SPINA CERVINA.

ROOB JUNIPERI.

℞. Baccarum Juniperi bene maturarum recentium q. pl.

Conquassatæ coquantur in sufficiente quantitate aquæ communis. In colatura fortiter expressa solve

Sac-

Sacchari partem quartam.

Et leniter inspissa ad consistentiam Roob.

ROOB MORORUM.

℞. Succu fructuum Mori nigræ q. v.

Coque in vase figulino ad Syrupi consistentiam, tum adde singulis libris succi hoc modo inspissati uncias tres sacchari, & coque ulterius igne leni, ac continuo massam agitando, donec justam acquirat consistentiam.

Eodem modo parantur

ROOB RIBIUM,

SAMBUCI.

ROTULÆ BERBERUM.

℞. Sacchari albi pulverati q. pl.

Incalescat ad ignem, dein addatur

Succi Berberum depurati quantum sufficit, ut saccharum lente diffuat, & fiant effundendo lege artis Rotulæ.

Pari modo ex saccharo & aliis liquidis, cum vel sine pulveribus, Tabulæ aut Rotulæ ex tempore parari possunt.